

imaginem &c. hæc R. Sal. De verbo וְקִיָּץ vide A  
Psal. III, 6. Huc Dan. XII, 2. וְקִיָּץ evigilabunt de  
dormientibus in pulvere terræ: item Jer. LI, 39. 57.  
dormient (impii) fomnum æternum, nec evigi-  
labunt. Jer. XXVI, 19. evigilate dormientes in  
pulvere. Hanc explicationem postulat etiam  
accentus Rebhia, distinguens hoc verbum à se-  
quenti תְּמוּנָה: observante Möllero. Egregiè rur-  
sus mundanorum felicitati præsentis (vers. 14.) op-  
ponitur Davidis beatitudo vera atque constans  
in seculo futuro.

תְּמוּנָה (fatiabor) *imagine tuâ*: h. e. vera  
ac solida percipiam gaudia ex intuitu imaginis  
tuæ in futura gloria. Syrus: cum evigilaverit fi-  
delitas tua. (legit fortè תְּמוּנָה à R.  
Nabane in Conc. exponitur per וְצוּרָה figuram  
& formam sive lineamenta, & quidem usurpatur  
(1) de imagine alicujus rei in idolum transforma-  
tâ, quomodo Deut. IV, 12. 15. dicitur; non vidi-  
stis תְּמוּנָה item Exod. XX, 4. Deut. V, 5. non facias  
tibi ת' וְכָל ת' פֶּסֶל וְכָל ת' פֶּסֶל. sic c. IV, 16. 23. 25.. (2) de spiritu  
visô ab Eliphaz: תְּמוּנָה לְנֶגֶד עֵינַי Job. IV, 16.  
(3) de visione Dei singularissima, (cujus accom-  
modatio hic elegans,) Num. XII, 8. ore ad os lo-  
quor ei וְהִמְנִיתָ יְהוָה וְיָבִיט & speciem Domini intue-  
bitur. Sic etiam hoc loco: *fatiabor imaginis tuæ vi-  
sione*: vel secundum Campenf. *cum apparueris mihi  
eâ formâ, quæ propriè tua est*. Adeoque licet in-  
terris nemini concedatur, videre tuam faciem  
Exod. XXXIII, 20. ad fatietatem tamen eandem  
conspiciam in vita altera. Ita Luth. in comm. lat.  
b. l. In prima versione: *ich will satt werden / wenn  
dein Bild aufwachet*. Belgæ: *icf sal versadicht wer-  
den / met u Beeld / als icf sal opwachen*. In mar-  
gine tamen meminerunt etiam versionis Lutheri  
posterioris: (*wenn ich erwache mit / oder nach deis  
nem Bilde / oder Gleichnisse /*) quorum allegant  
dictum 1. Corinib. XI, 49. 1. Joh. III, 2. Verbum  
porrò שָׂבַע etiam alibi nomen post se nudum re-  
git, ut Prov. XXX, 16. terra non שָׂבַע מֵיַם *fatia-  
tur aquis*, Habac. II, 16. שָׂבַע מִקֶּלֶן *fatiatu-  
s ignomi-  
niâ*. Jer. I, 11. שָׂבַע מִי עֵלְוָה &c. (NB. sicut pro-  
ximè visæ faciei, ita nunc imaginis fatiantis me-  
minit, quæ quasi synonyma, se mutuò declaran-  
tia.) vide Ledebur. acc. p. 144.

#### USUS PRACTICUS E VERSU I.

- (1) *Locus de invocatione seu precibus.*
- (2) *De Exauditione precum benigna, certa, &c.*
- (3) *De petendis rebus justis, voluntati revelata non adversantibus: ubi tamen aliud iustitia causæ, aliud personæ. David, de cetero peccator immundus (Psal. CXLIII, 2.) potest tamen quoad calumnias objectas esse justus.*
- (4) *De adjuncto precum candore seu sinceritate, ne adsit hypocrisis, aliud verbis prodens, aliud corde condens vel intendens.*
- (5) *De precum instantia seriatimque repetitione: Matth. VII, 7. Luc. XVIII, 1.*

#### USUS E VERSU II.

- (1) *Bene sibi conscius non immeritò ad justum in cælis provocat iudicium; non tam ultimum, quam in tempore contra calumniatores adversariosque alios jam publicandum.*
- (2) *Provocans tamen simul meminerit perspicacium Dei oculorum, qui scrutantur corda & renes,*

(3) *Quisque studeat rectitudini legali, ne flexibus occultis subinde indulgeat miserè decipiens semetipsum. Adsit ubivis conscientia testimonium incorruptum. 1. Cor. I, 12.*

#### USUS E VERSU III.

- (1) *Cor quotidie examini rigido subjiciendum, ne Deus in eodem deprehendat fermentum inveteratum, tepiditatem, fraudulentiam, philantiam, &c.*
- (2) *Dei scrutatio est infallibilis, plenaria, sine labore discursivè intuitiva, &c.*
- (3) *Noctes insomnes apud pios non carent suo usu, Job. IV, 12. Psal. CXLIX, 62. &c.*
- (4) *Liquatio per afflictiones tractationesque omnis generis, manifestant tum aliis, tum nobis ipsis, interiora nostra.*
- (5) *Cogitandum studendumque sedulo, ne ore nostro abutamur ad recriminandum, imprecandum, circumveniendum.*

#### USUS E VERSU IV.

- (1) *Actiones hominum sunt variæ, communiter autem, extra opem spiritus regenerantis vitiosa.*
- (2) *Verbum Dei regula sit omnium iudiciorum, de dogmate vel factò aliquo ferendorum. L. de Scriptura S.*
- (3) *Observandæ sunt viæ etiam latronum, non ut imitemur, sed ut eluètemur declinemusque providè. Sapientiâ hic opus serpentina: Matth. X, 16.*

#### USUS E VERSU V.

- (1) *Gressus suos nemo propriis tribuat viribus, prudentiæve carnali. Infantes sumus ingredi discentes: hallucinari possumus, titubare, errare, ad precipitia prope-  
rare, labique opinione citius. L. Infirmetas hum.*
- (2) *Directore opus habemus Domino ubivis, ut non solum doceat, sed & vires tribuat, ducatque fortiter, Psal. CXLIII, 11. 1. Cor. I, 8. Jer. X, 23.*

#### USUS E VERSU VI.

- (1) *Invocatio multoties repetatur, quia nunquam non periclitamur, & nunquam à Deo repellimur.*
- (2) *Exauditio sequetur, etiamsi non subiò, nec ad nostrum stolidum conceptum. L. de oratione.*

#### USUS E VERSU VII.

- (1) *Gratia Dei ut & auxilium ex eadem profectum, est omninò multiplex: dicitur חַסְדֵיךָ in plurali.*
- (2) *Gratiæ manifestatio seu præstatio, est tum ordi-  
naria, tum mirifica & extraordinaria, transcendens communem cursum nostrumque captum.*
- (3) *Petere etiam licet, exemplo Davidis, gratiam extraordinariam & admirandam, debita tamen cordis submissione. Penes Deum sunt infiniti auxiliandi modi: Psalm. LXXVIII, 21. salvat corpus, salvat animam &c.*
- (4) *Deus est Salvator omnium, maximè tamen confidentium; 1. Tim. IV, 11. quòd non omnes credunt, culpa non redundat in Deum, sed in hominum invincibilem perveraciam: dantur enim (ut mox sequitur.) erigentes seipfos contra dextram Domini. Contra Calvin.*
- (5) *Fides ad salutem Dei apprehendendam omninò necessaria. vid. L. de Fide justific.*
- (6) *Insana est hominum reluctancia, dum erigunt se adversus Deum Deique servos, dextrâ Dei bacenus tam luculenter protectos. Submittamus nos per humiliatio-  
nem spiritus, deprecantem in tempore gratiæ.*
- (7) *Dex-*